

rabbini formam, nonquam in republika Hebreorum fuit; merum est enim Hebreorum somniantium commentum. Hinc nihil de illa apertum verbum in Scripturā; nihil in Josepho, Philone, Origene, Eusebio, S. Hieronymo, viris oppidō rerum Judaicarum instruissimis. Quin et in scripturā atque hī-toriā Iudeorum plura sunt planē hinc fabella contraria. Quis unquam, queso, ex regibus Iuda, sive Saul, sive David, Solomon, etc., ad Sanhedrium unquam reus adductus fuit? Vel unus ejus rei actus judicialis, sive certum proferatur exemplum. Reges Iuda, nemine prorsus repugnante, summos pontifices excommunicabant; bellum pro arbitrio, nemine consulto, suscepibant; judices constituebant, removelabant: uno verbo, reges agebant, nonquam in negotiorum partem Sanhedriū accito: unquam ejus sententia auctoritate implorata, de republicā pro arbitrio disponebant; cui eorum auctoritati aliquo immodice, coercende nonquam Sanhedrium legimus restituisse. An forte patres Sanhedrii tandem turpi otio elongaverunt, donec concessi sibi à rabbini auctoritate valentes, insuetam aliquoquin vix exercuerunt?

Quod autem rem penè novam Sanhedrium fuisse planē demonstrat, varietas est opinio-num, quibus ejus assertores, vel saltem ipsius veritatem penitus non reprobatenses, inter se committuntur. P. Petavius (*de Doct. tem. l. 2, cap. 20*), aliique nonnulli ex estate Gabiniū Judei pfecti, qui auctore tribunalia in quinque Iudei uribus constituta sunt senatum illum repetunt; Grotius, aliique (*Grot. ad 1 Par. 21, 4*) solutum credunt sub exordium regni Herodiani; rabbini cum Scripturā conciliaturus Sionius, aliam (*de Rep. Hebr. l. 6, c. 7*) sibi de Sanhedrio idem format, quām que Iudeis placuerit. Tostatus neque cum Iudeis, neque cum Christianis, de republicā Iudeorum scribentis, satis convenit (*in Num. 11, q. 51, 52*); qui enim Moysi atate 70 judices constituti sunt, hos putat despoticam, ne Moysi quidem subjectam, exercuisse auctoritatem, ut ab eorum sententiā ad superiorem alium provocare negaretur; supremam auctoritatem penes sacerdotes fuisse, penes summum sacerdotem reseditisse ius Sanhedrii presidiendi, addit tandem inferiores judices sive dammandis, sive absolvendis reis nihil potuisse, illud tantum gentes, ut reum ipsum sententia summi sacerdotis patre cogerent; quod etiam arrisit nonnullis commentatoribus, quoniam in rabbinorū lectione, eō magis

in recentiorum opinionis sue tenacium scripsi, exercitatis.

D. Basanias qui paucis abhinc annis historiam Iudeorum vulgavit, in Sanhedrii origine haec ambiguis (*Hist. des Juifs, l. 1, chap. 14*): cum eum primō in sententiam P. Petavii eam sub Gabino statuens, concessisset (*Iib. 5, c. 1, art. 12*), mutata dēnū sententia sub Judā vel Jonathā Machabaeis constituit; quoniam sub Jonathā potius inclinet. Profectō sub Machabaeis legimus senatum unā cum summo sacerdote epistolam ad Lacedemones dantem (*1 Machab. 12, 6*). Vetus auctor paraphrasum chaldaicarum, pro more statas sua locutus, liminaribus Sanhedrii sistentem se Booz inducit. Legimus apud rabbinos (*Vetus Gemar. tit. Sanhedr., cap. 41*), Alexandram Jamneum regem ē generē Asmoniorum, cū in senatum venisset, assidere cum ceteris, prohibente hīc Simonē filio Scherah ē patrum numero, voluisse. Herodi etiam unū temporis Galilee prefecto coram eo tribunali dies dicta est. Interdictum erat etiam (*Joseph. Bel. l. 1, c. 6*), Josepho teste, ne reges quidquam inconsulto senatu moverent. Vox Synedrii, que Sanhedrio equivalēt, in Evangelio nec semel quidem occurrit. Jesus Christus apud S. Matthaeum 5, 2: *Qui dixerit fratri suo, ait, raka, reus erit concilio*, nempe Synedrio. Ejusdem cotiis memini. S. Marcus 45, 9, et 14, 53, et 15, 1, sicut et S. Lucas idem designat modū sub nomine *seniores populi*, cap. 7, 3 et 22, 52, 66, modū Synedrii (*Act. 4, 15, et 5, 21*), quod etiam postremum recurrit Joann. 11, 47. Tandem S. Hilarius agnoscit senatum quedam ex 70 patribus, quibus et versam ex hebreo in grecum Scripturā tribuit, et depositum sensū, spiritū et doctrinę Mosis commitit. Hisce rationibus deduci Sanhedrium sub extum reipublice admittere cogimur; ne verò ejus originem ante captivitatem Babyloniam prætertam, tum alia multa, cū maximē silentium scriptorū suadent.

Illi etiam plane demonstratum arbitror, vētustam illum Sanhedrii originem, qualem rabbini commenti sunt inter ceteras rabbinicas fabellas referri oportere; sicut et dubiae sunt fidei ea fermē omnia que de prerogativis et jurisprudentiā ejusdem tribunalis venditārunt. Tandem illud constitendum est, politiam Hebreorum varias subiisse pro temporum varietate vires, atque agitatisimam, si alia uspiam, reipublica tolerasse fortunam. Sub Machabeis autem ceptum Sanhedrium, vires suas in dies

sub regibus Asmoniorū explicavit, ex imbecillioribus crepidulis in tantam adolescens auctoritatem, ut vel ipsi regibus metu incuteret. Tandem gloria sua pondere fatiscere coacta est; sue enim dignitati timentes principes, nullam ejus deprimenti occasionem pretermittebant. Eo consilio Romani singulare ad id usque tribunal in quinque divisierunt; stantemque adiutio post tot ruinas, vel emergentem iterum senatum Jerosolymitanum singularibus prærogativis expolitum eō redegerunt, ut iure gladii adempto, de legalibus tantum cognoscere et citra mortem tantummodo punire res permitteretur. Ita sanē diū ante ultimam

DE SUPPLICIIS QUORUM IN SACRA SCRIPTURA MENTIO, DISSERTATIO.

Quæ lectorem faciat in hac nostrā dissertatione attentum, non una est argumenti novitas. Religionem etenim defendimus contra detortas pravo consilio Iudeorum interpretationes; tum et lucem affirimus lis suppliciorum generibus, quibus Jesus Christus, et incti quidam veteris Testamenti viri martyrum consummárint.

Plura quidem fuerant suppliciorum genere tunc apud Hebreos veteres, cum apud omnes in universum paganos, quorum quidam usus sive rario modo, sive prorsus non obtinet. Solebat enim in criminis animadverteri carceribus, vinculis, cruce, lapidibus, gladio, flagellis, igne, aquæculo, framiginis testuram, ollis successis, rotis, aliisque hujus generis sexcentis. Non raro etiam animalium pedibus sontes proculabantur, sub spinis quandoque atque molis triticeis conficiebantur; ne quid impräsentarium corporibus suspendendis, non autem ut viventes cruciarentur. Quis, rogo, in animum sibi posuisse indicere, prophætrum oraculo Messiam ad supplicium destinari à Iudeis; ad supplicium, inquam, Iudeis ignotum, et nonquam apud ipsos usū receptum? Quis, queso, crediderit unquam Dei Filium novum et extraordinarium suppliciū genus selegitse, aliud planē ab eo quo sontes perimebantur, cū iuxta psalmum in passione sua ipse cum inquis deputatus esse voluerit (*Luc. 22, 37*)?

Vana haec sunt, fateor, Iudeorum blateramenta; quidam enim Messias sibi novum et ex-

commentis sucum sibi fieri permisermi. (Vide Casaub. Exerc. in Baron. Selden. de Synd. l. 2, c. 15. Schickard. jus Reg., etc.)

Quoniam autem in hoc argumenti genere errores minimi esse momenti videntur, non deesseant tamē religionis christiane obtractores, invidiam de illis in nostros creantes, nisi validā refutatione corum cavillationes preocuperant. Neque Iudei pariter occasionem sibi oblatam omitterent, ut objectas à nobis de Iesu Christo in cruce acto prophetas eludent, obtendentes crucis supplicium neque Patres suis usū receperisse unquam, nec nos. Opponereant insuper nullam habere se in vernaculo sermone vocem, que sive cruce, sive spirantem adhuc hominem cruce suffixum exprimeret. Si quis autem, adderent, apud nostros crucis fuerit usus, hujus tantum erat defunctis reorum corporibus suspendendis, non autem ut viventes cruciarentur. Quis, rogo, in animum sibi posuisse indicere, prophætrum oraculo Messiam ad supplicium destinari à Iudeis; ad supplicium, inquam, Iudeis ignotum, et nonquam apud ipsos usū receptum?

Quis, queso, crediderit unquam Dei Filium novum et extraordinarium suppliciū genus selegitse, aliud planē ab eo quo sontes perimebantur, cū iuxta psalmum in passione sua ipse cum inquis deputatus esse voluerit (*Luc. 22, 37*)?

Vana haec sunt, fateor, Iudeorum blateramenta; quidam enim Messias sibi novum et ex-

traordinarium supplicii genus à Judæis compari poterit? Ut prophetarum siles constet, sat esset profectio, si paratum Jesu Christo supplicium crucis dixerimus à romaniis judicibus; quoniam eis executio Iudeis impetraret, quippe qui mortis sententiam à Pilato etiam invito extorserint. Ita planè omnia constarent.

Nihil tamen nobis in hac re Judeis concedendum, quoniam possemus impunè. Quare illud edicimus, Iesum Christum eo mortis genere obuisse, quod antea Scriptura oracula predictum fuerat; obtinuisse autem sustinendum apud Iudeos, quemadmodum et apud alias gentes, ut sonentes vivi agentes in cruce. Quando autem cetera in hac rem nobis deessent, unum sufficeret, ps. 21, 17, oraculum: *Foderunt manus meas et pedes meos, dimicaverunt omnia ossa mea;* hæc, inquam, apud æquas, et omnibus prejudicatis vacuis mentes sufficienter. Psalmus enim apertissimè de Messia loquitur, ipsis factibus Judeis, nec sanè sententiari recente adjectam fuisse totius antiquitatis consensus qui integrum recitat, quemadmodum et legitur in nostris Bibliis græcis et latinis, demonstrat. Paucorum seculorum fraus est, quæ Judæi recentiores, uno altero exemplari corrupti, atque altera pro alterâ litterâ substitutâ textum corropserunt, ut sit sensus: *Velut leu pedes meos, et manus meas, dimicaverunt omnia ossa mea.* Manet tamen prior legendi ratio in quibusdam vetustis hebreicis Bibliis (1), quorū sanè auctoritas veterum Judæorum consensu munita, tum sententiā nostram mirè confirmat, tum fraudes adversariorum angustit.

Neque oraculo minus aperto Zacharias loquitur, cim spectatores Judeos prædicti in supremâ iudicii die virum illum, quem clavis confixerunt (Zach. 12, 10. Vide et Joan. 19, 37. Apoc. 1, 7): *Aspiciens ad me, quem confixerunt.* Oe spectans David rogat (ps. 118, 150) Septuag. catheletos: *Consiige itinore tua carnes meas, à iudicio enim tuus timui.* Tandem Jesus Christus in Evangelio, et S. Paulus in Epistolis absolutam vite christiana rationem exhibent sub idæ crucifixionis, quasi scilicet rei apud eas gentes explorassimis. Quis, peto, Christi verba per-

Non fuisse

(1) Rabbi Hayim testatur se in plurimis exemplaribus a curatis legisse. In bibliotheca lenensi reperitur antiquum manuscritum quod eadem dat lectiōnem. Vid. Michaelis Gerardi et Calvini ad psalm. leibr. 22, 17. In textibus Arabicis, Syriaco et Ethiopico legitur pariter: *Foderunt.* (Drach, loc. cit.)

cepisset, suadens: *Qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus* (Matth. 10, 38); *tom: Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, et sequatur me* (Matth. 16, 22. Vide et Mare. 8, 3, 4; Luc. 9, 23, et 14, 27), si nullus erat crucis apud Iudeos usus? An enigmata loquebatur, Apostolis (Matth. 16, 21, et 20, 19 et 26) prenuntiatis, ire se Jerosolimam, ubi flagela sibi et crux imminentur? Quid Apostoli ad Iudeos, monens: *Qui sunt Iesu Christi, carnes suæ crucifixerunt cum viis et concupiscentiis* (Galat. 5, 24), tum et malos Christianos sugillans: *Rursum crucifigentes subimetus Filium Dei* (Hebr. 6, 6); ac tandem de se professus: *Mihi mundus ait, crucifixus est, et ego mundo?* Hæc sanè omnia per tropos usurpatæ verba rem apud Hebreos, quemadmodum et apud alias gentes, notissimam planè demonstrent.

Uts CROCIFIGENDI APUD JUDEOS. — Esse operæ pretium dicimus morem suspendi in cruce homines, adiuv vivos, apud Iudeos obtinuisse deductis ex eorum historiis argumentis ostendere. Cultores Piegior (Num. 23, 4), rex Hai (Jos. 8, 29), poëter Saïl Cabaonitis permitti (2 Reg. 21, 9), pueri, de quibus Jermias, in cruce à Chaldais sublati (Jerm. Lament. 5, 1, 3), omnes in cruce vitam absolvunt. Narrat Josephus Alexandrum regem Iudeorum 800 viros optimates perduellionis reos, in cruce sustulisse, ante crucis varò uxores, et filios eorum jussisse trucidari (Antiq. 1, 15, cap. 22), quo supplicium miseris è cruce spectantibus augeretur.

Alio loco, nempe in Commentariis in Génesim (Gen. 40, 15, 19) ex vulgata sententiâ, et textu Septuaginta ac Vulgate ostendimus, pistore Pharaoni prius capite truncatum, deinde in cruce sublatum avibus escam præbuisse: *Aufert caput tuum, ac suspendet te in cruce, et lacerabunt volucres carnem tuam.* Si tamen originalis textus sedulò excutiatu, similem cum alijs textibus similia ferentibus comparetur, dubitatio suboritur in contrarium, nec peritissimi desunt interpres (Jun. Pisc. Grot. in Gen. 40, 15, et Gloss.), contendentes pistorem illum, spirantem adhuc, in cruce actum fuisse, in quâ tamidū defunctum corpus mansisse, quamdiu ab avibus disperceretur. Hæc littera textus: Joseph ad pincernam Pharaonis ait: *Tres adhuc dies sunt, post quos Pharaon levabit caput tuum, et restituet te in gradum pristinum.* Ad pistorem autem conversus, somnum ita explicat: *Pharaon levabit caput tuum super te, ac suspendet te in*

pio phrasim non absimilis ex libro Regum deducit, Joachim rex Iuda, in captivitatem à Nabuchodonosore deductus, et Babylonem translatus, durum subire carcere coactus est. Sed vita fuco Nabuchodonosore, Evilmerodach regum potius nihil antiquum habuit, quia ut reges sibi amicissimum è carcere educunt apud optimates suos honoratissimo loco haberet. Textus ad litteram habet (Reg. 25, 27): *Sublevavit Evilmerodach caput Joachim regis Iuda, et de carcere eduxit,* i. e., è censu capivorus, qui in custodiâ praefecti carcere detinabantur, edicens libertati restituit. Parus usus est indulgentia Pharaon erga pincernam; pistore verò à consortio quidem cæterorum vincitorum revocavit, sed ut supplicio perimeret; quare *levavit caput ipsius, nempe è censu cæterorum subduxit, ut ad supplicium rapere.* Potest etiam originalis textus ita reddi, quasi scilicet Pharaon virum à consortio viventium removavit. Ita miserum hume hominem inter eos habere possumus, qui crucis supplicium viventes subierunt.

Plura etiam alia suppetunt exempla tūm in Scripturâ, cim apud profanos auctores. Aman, ejusque filii in eisdem crucis acti fuerunt, quas Mardochæo et Iudeis paraverant (Esther 7, 9, 10). Artaxerxes præcepit eos omnes Chanantidis praefectos, qui operam sicut in constructione templi Jerosolymitani negassent, in cruce enim ex trabe ab eorum adibus despunt, agi (Esdr. 6, 11). Iudei quæplures, referente Philone, in Flac., crucis supplicio Alexandriae perempti leguntur. Alexander Magnus 2000 Tyrus eodem supplicii genere absumpsi (Diod. Sic. 1, 18 et Q. Curt.), eodemque passim in reos animadversum apud Persas (vide Lips. de Gruel. 1, c. 41), Romanos, Egypciatos et Africanos; Africani autem morem à homicidiis, unde et genus, derivavarent, euendemque in plectis sombitis observabant præ cæteris gentibus frequentius. Scitom est enim solemne fuisse apud illos vel ipsos leones in cruce levare, quo eorum aspectu et miseratione leones coram adducti cicurarentur. Omnes autem per orbem gentes, quibus crucis supplicium familiare erat, nonni viventes suspendere noverant: quid igitur Iudei soli inter omnes defunctorum tantum corpora cruciferint cim maximè gens esset sevitiæ, ac effundendi sanguinis avideitate nulli secundâ?

Nec tamen negare ausin commissum fuisse aliquando, ut necat ante sones deinde in cruce tollerentur. Ita Chananei reges à Josue debellati, ejus jussu interfici, in patibulum deinde

(1) *L. de his, ff. de Castor. reor.* : *C. Nisi intra trigesimum diem semper Commentariensis ingressorum numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordinem, etiamque vincitorum, officium vigenti aurum librarum æxario nostro judeus inferre.*

seu in palum sublati sunt (1). Sicarii Isboreth manibus pedibusque truncati in crucem, iubente Davide, iuxta piscinam Hesebon acti sunt (2 Reg. 4, 12). Caput et manum Nicomoris viri impii, qui candem manum in templum Domini levaverat, levari jussérunt Machabaei (1 Marc. 7, 47) in palum è regione Jerusalem eructum. Antiochi Epiphanis satellites collo et uberioribus matrū filios, circuncisione ab ipsis mulieribus initatos, suspentes, precipites deinde è menibus miseras egerunt (2 Mach. 1, 64, et 6, 10). Julius Cesar, cùm in piraturn manus incidisset, impavidus victoribus insultans, iactabat quasi per ludum sese (Suet. in Jul. c. 74), libertati, si sors daretur, restitutum classe illos persecuturum, captosque acturum in crucem. Nec promissi deficit; pretio etenim ab ea captivitate liberatus, comparata classe atque in piratas inventus, prelio vicos capitali supplicio dannavit: quanquam humanitas ab ipsis præstite memor voluit, ut ignominie et cruciatio ejus supplici parceret: quare contra receptionem apud Romanos consuetudinem, nec tradi prius quam in patibulo suspenderetur, imperavit. Tarquinius Priscus contrario planè consilio quos violentas manus sibi intulisse compremerat, eorum cadavera pale suspensa in escam bestiarum reliqui voluit (Plin. l. 56, c. 15), ratus ejus rei ignominiam ab infando scelere populum reveratur. Ptolemeo rege Ägypti paria Cleomenes passus est (Plutarch. in Cleom.).

Rabbinorum narratione traditum est (Halac. Sanhedr. c. 15) post confectos lapidatione reos, frigida corum cadavera manus alligata in elato patibulo suspendi ad vesperam usque consuevit; denunt deposita, inquit, ante solis occasum sepulture tradebantur, iuxta prescriptum legis (Deut. 21, 23): *Quando peccaverit homo, quod plus plectendus est, et adjudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver ejus in ligno, sed in eodem die sepelietur.* Quia moledictus à Deo est, qui pendit in ligno. Ita plane servatum est in rege Hai, quinque regibus Chananeis (Josue 8, 29, et 10, 26, 27), ac tandem in Iesu Christo, geminisque latronibus, ante noctem inuenitum sepulture traditis (Joan. 19, 31).

Accidit interdum, cùm maximè specialis quædam criminis ratio postularet, ut horro ingrediuntur plurim dierum, quin et mensium spatio suspensa in patibulo cadavera reliquerentur,

(1) Josu. 10, 26: Percusserunt Josue et interfecerunt eos atque suspiderunt super quinque stipites, fureuantque suspensi usque ad vesperam.

quod factum legimus à Gabaonitis cum filiis Saül in suppliciis sublati (2 Reg. 21, 8, 9); eodemque spectasse credimus Sapientem (Prov. 30, 17) in illo: *Oculum qui subsumat patrem, et qui despici partum matris sue, effodian eum corsi de torrentibus, et comedant eum filii aquæ.* Veteres etiam, si quando aliquem ad supplicium depescerant, clamitare soliti erant: *Ad corvos.* Et Horatius l. 1, Epist. ad Curt.

Non homines occidi. Non passes in cruce corvos.

In hunc sensum Joseph ad pistorem Pharsanis locutus supra addiximus: *Suspendet te in cruce, et lacerabunt volucres carnes tuas.* Interdum appositis militibus à furiis corporum rapina miseri illius hominis in patibulo suspensi, necessarii arcebantur (Herod. l. 2, c. 121). Nota est historia matrone Ephesinae (vide Petron. Satyr.), regi Lysimacho erucem minitanti Theodorus Cyrenus respondit, ex certè minarum genere terrii auticos potuisse, sibi verò perinde esse humi in aeri expositis compresceret (Valer. Max. l. 6, cap. 2, extern. 5).

Nomen crucis sive vernacula, sive latine sermone nonnisi peculiare supplici genus designat; quod varian licet diversam figuram obtineat, semper tamen in superiori sui parte, vel in media, vel saltu parum infra verticem, ab altero transverso ligno decussatur, quæ in re supplicium illud à cæteris aliis sat distinguitur. Sed grecum σταυρός non semper pro eodem usurpat; non raro enim stiptum, palum, terminum designat, sicut etiam hebreæ vox (1), que cruci respondet, adhuc magis in incertum vagitur, cùm lignum, sive arborem tantum exprimat. Quare crucem obtinuisse apud Hebreos, qualem nos solennus, nullo satis arguento demonstraret; quanquam nostra crucis figura, quemadmodum et supplicium novisse illos videbitur. Si enī vetera quilibet monumenta in marmoribus et nummis sculpta conseruantur, quid porrò illa nisi vulgarem crucem exhibent? Lucianus diem dicit littere T eo nomine, quod figurâ sua crucis idem tyrannus sufficerit (Lucian. in Judicio vocal.); veteresque Patres passim Iesu Christi crucem littera T comparant. Nulla est igitur eā de re ambigendi ratio.

Narrant rabbini nunquam apud illos commissum fuisse, ut sontes apud arborem virentem, radicibus adhuc et ramis instructum suspenderentur: quippe quod solemne esset apud illos patibulum unā cum corpore defuncti sepul-

(1) *Ei, lignum, arbor.*

ture tradere (vide Halac. Sanhedr. c. 15); quanquam, inquit, id servabatur, ut patibulum non quidem cum corpore, sed in carcere, ubi olim reus detentus fuerat, sepieleretur. Sed hæc rabbinorum esse commenta exemplo Iesu Christi, et duorum latronum discimus, quorum in eodem supplici loco cruces separatae sunt. Si que autem ratio suppetebat, cur homines apud arbores virent non suspenderentur, ea potissimum fuisse creditur, quod arbores illas, et fructus inde provenientes, polluti crederent.

Interdum funibus eruci alligabantur, interdum clavis: Jesus Christus ac duo latrones clavis suffixa sunt; funibus vero alligatum furent S. Andreus; quod scilicet supplici cruciatus prærogaret (1). De numero clavarum Iesu Christi questo est anceps; recepta magis, et probata opinio quatuor numerat. Solebat eruc erigi antequam patientes in eam elevarentur, quod maxime probant phrases ab auctoribus gracie et latini usurpate huic supplicio designante (vide Lips. l. de Cruce, c. 7). Dicebant enim *elevare hominem in cruce, correre ad crucem, suspendere cruce, ascendere in cruce.* Galba candidam crucem exterris eminentiorem erigi precepit suspendingo homini, qui civitatis Romane privilegium munum esse se clamitabat. (Sueton. in Galb.) Bassus Judeum Eleazarum in obsidione Macherentis captum, veluti si ad crucem statim damnatus esset eret, et ante se crucem aspicere cogit. (Joseph. lib. 7 de Bell. cap. 25.) Ita plane et cum Iesu Christo servatum, ut scilicet erecta jam cruce suspenderetur. Nonnus (Nonn. de Chr. pac.), et S. Gregorius Nazianzenus (Nazianz. de Chr. Par.), qui et probata magis sententia tenet. Si que sunt exempla reorum pale sive cruci jacenti vinctorum, uti de SS. Pionio, et Metodoro Smyrnæ (Acta S. Pionii) memoria proditum est, hoc cum iis quidem servari potuit, qui ad ignem parabantur, atque palis alligandi erant humilioribus cruce, quæ scilicet una cum patientis corpore alligato erigi non potuerat, nisi summo discrimine ut corporis concussione et pondere fatiscente vincula, ipsiusque adeo corpus à patibulo revulsus praecipue ruere cogeretur.

SUPPLICIUM LAQUEI. — Laquei supplicium præcis Hebrewis plene cognitum, aliter sanè apud rabbinos descriptum est (vide, si libet,

(1) Abdias lib. 3 Hist. Apost.: « Proconsul mandavit questionariis, ut ligatis manibus, et pedibus non clavis affluis, suspenderetur, et quod distincto cruciato deficeret. »

Selden. de Sinedr. l. 2, c. 15), quām nos eo nomine designemus. Sunt qui de illo dictum interpretentur, quoties in lege supplicium in reos decernitur, nullo tamen certo ejus genere indicato. Inflegendi autem supplici hanc tradunt rationem: patientis corpus usque ad genua in fimo demergebatur, ac deinde obvolutum callo lineum tamidū in diversa trahebatur, donec fauces miserit præcideret. Sed traditionis neque ex Scripturâ neque ex Josepho note suspictonis est fides. Legimus etiam post devictum ab Achabe rege Israel Benadad rege Syrie, miserum illum regem in extremas angustias redactum ita quosdam affatos: *Ecce audierimus, quid reges domis Israel elementis sint: ponamus itaque sacos in lumbis nostris, et funiculos in capitibus nostris, et egrediamur ad regem Israel: forsan salvabit animas nostras* (3 Reg. 20, 30, 31). Quid, rogo, funes illi in capitibus, sive in collo, nisi indicia sive promeriti ab ipsis supplici, sive in signum præstite serviūtis et captivitatis? Achitopiel, indigena proditor, ejusque exempla secutus Judas Iscarioth, se ipsis suspenderentes laqueo sibi vitam præcederunt (2 Reg. 17, 25. Matth. 27, 5. Act. 1, 18). Principes Israel manu suspensus fuisse apud Je-remiam legimus (Lament. 5, 12), sive quod ante capite fuisse truncati, sive quod illud supplici genos excoquatum fuisse, quod diutius crucarentur: quemadmodum et cum martyribus christianis servatum interdum novimus, ut scilicet manu suspensi, immanique pondere pedibus alligato in aere penduli torquerentur. Hæc nobis dicenda suppetunt de varia ratione crucifigendi, vel suspenderendi.

Cum de homine damnando ageretur, summa id cautionis factum est iuxta rabbinorum doctrinam; namque post auditos testes et disensem causam, iudicium in alterum mane differebat. Interim judices in aedes quisque suas esse recipientes, parco vietu potique, et abstemni prorsis reficiebantur. Secundum hæc hini et bini seorsim coeuntur, secundis curis rem totam in examen revocabant. Mane autem alterius dicti iudiciorum adhuc revocari, integrum erat, ita tamen ut qui reum in periglio crimine damnaverat, absolvere quidem posset; qui verò de illo absolvendo egerat, mutare sententiam non posset. Si autem prior damnatio-nis sententia confirmaretur, tunc capitall iudicio pronuntiato, circa solis occasum reus ad supplicium trahebatur. Feralam pompa precebedat adequatius preco, elata voce edicens: *Vir iste talis, vel tali criminis reus damnavit;*

si quis aliqua pro illo habet, accedat. Si forte aliquis compareret, statim dato signo à præcone reus reducatur. Gemini è prætorio judices miserum ad supplicium deductum semper comitabantur, ut si quid haberet ipse reus pro se, sedulò audirent dijudicarentur. Reducere autem reum quinques permisum erat.

Hæc iudaica pietatis descriptio in Misna facta bellè quidem rem explicat, nisi veritate et sinceritate careret. Ad libitum enim et de industria exegitatum commentum videatur, cuius ne vestigium quidem apparet sive in sacra Scriptura, sive apud prios Judeos. Contraria quinquies omnia in Talmud leguntur. Ductus ad supplicium miser sacramento se à crimine purgat, testes accusationem retractant; judices nihilominus in causa permanentes clamant: Per centuram falsi testes; judex autem nunquam semel latom sententiam retractat (vide Basnag. Hist. des Juifs, t. 3, l. 5, c. 1, art. 17).

Equisimisti isti, si libet, judices, adeò à sanguine abhorrentes, ad furorem usque accusations amant, ut questus sit anceps apud illos, an licet litigantes inter se patres conciliare; quia in re rabbi Eliezer censem, id quidem sine crimen fieri non posse; qui verò, inquit, hinc discordantibus conciliator bona appetatur, hic blasphemie exercabilius reus est; judicium enim vel montes ipsos penetrare per est. Hæc mihi morum iudicium sunt placita.

CARCER. — Carcer apud Hebrewos, quemadmodum et apud ceteras gentes omnes, non semper in præsum erimus, sed in custodiam eorum quibus criminis inuidia creata esset adhibetur. Joseph indagandi veritatem eorum, que de Jacob patre suo ac Benjamin fratre dicebantur, cupidus, exteris quidem remissis fratribus, Simeonem in custodiam retinuit (Gen. 45, 19). Vir blasphemus ad Moysen deductus, et alius violate sabbati religionis reus (Levit. 24, 12; Num. 15, 50) in carcere tandem detentus sunt, quamdiu de genere supplicii illis inferendi Dominus consideretur. Ne Jeremias, et S. Joannes Baptista liberis ad populum loqui perseverarent, carcoris cauione provisum est (Jerem. 52, 2; Matth. 4, 45). Micheas propheta infamia expeditionis in Babylath extinxit regi Achab predicens, in carcere detentus vaticinii sui eventum opeirari Iesus est (5 Reg. 22, 27, et 2 Paralip. 18, 26).

Non minùs etiam frequenter carcere loco ponere dabatur, nec mitis sanè, nec honestè, cum potissimum carcere gravius aliud jaceretur,

Josephus per summam injuriam ab herà accusatus, et carcere et catenas sustinuit (1). Eadem passi sunt ambo illi prefecti in aula regis Ægypti (Gen. 40, 3). Samson sevius aliquid ab hostibus toleravit, cùm et luminibus orbatis, et carcere inclusus, molam torqueare coactus est (Judic. 16, 21). Reges in bello capti plerumque vinculis onerati in foveam projiciebantur; parva Osor rex Israël à Salmanazare expulsus est (4 Reg. 17, 4, 6); Joachaz rex Judæi à Nœcœ rege Ægypti (4 Reg. 25, 35), Manasses rex Judæi à rege Babylonis (2 Paralip. 35, 11, 12). Quid Sedecias à Nabuchodonosore? omnis orbatus durum subire in vinculis carcere per totam vitam coactus est; quo tamen vita funesta, Joachin et libertatem et regnum ab Evilme-rodracho recipit (4 Reg. 25, 27, 29, et Jerem. 32, 31, 35 et 52, 41 et 29, 7). David virtutem Abner à Jacob a prædictione interfici, celebratus, in eis funere canebat (2 Reg. 5, 33, 27). Nequacum ut mori solent ignari mortuus est Abner. Manus tue ligate non sunt, et pedes tui non sunt compeditibus aggravati. Tandem Artaxerxes in edicto pro restituitione templi Jerosolymitanum lato, capitale supplicium sive carcere ministratur iis, qui regiis sanctionibus temerario ausi contradicerent. (1 Esdr. 7, 26.)

Solebant plerumque criminis aliquo damnati vel captivi catenarum pondere premi, et in nervo (2) interdum et manubius, et ferrea collaria adhæbantur. Accedebat artus panis, et brevir aqua: Susentute eum, ait Achab de Michæa, pane tribulationis, et aqua angustie, donec revertar in pace (5 Reg. 22, 27). Varia autem distinguuntur carcereum genera, alia custodiendis captiuis destinata, alia plectendis res arcta et obscura (Isa. 24, 22 et 42, 7). Jeremias tria carcera loca, qua ille ex aliis in alium translatus obiit, non obscurè significat. Primum enim in atrio carcere detenus, in loco nempe publico, et aunciorum visitationibus pervio (Jerem. 32, 2, 12), cuiusmodi apud Romanos carcer, libera custodia appellatus est. Eo in loco detenus propheta instrumentum empiti agri à patro flamine coram multis testibus firmavit. Deinde in custodiam carcere, nempe in locum arctorem translatus (Jerem. 27, 4, 14, 20), brevi

(1) Gen. 39, 20, et Ps. 104, 18: Humiliaverint in compeditibus pedes ejus, ferrum pertransit animam ejus.

(2) Eccl. 6, 25 et 21, 22; Levit. 26, 15; Jerem. 27, 2: Fæ ubi vinecula et catenas, et pones eas in collo tuo. Et 40, 4: Solvi te hodie de catenis, que sunt in manibus tuis. Act. 12, 7: Cederunt catena de manibus ejus.

tamen jubente Sedecia eductus, in atrium carcere restitus est. Sed clavis etiam aque etiam excidium Jerosolymæ militari non desisteret, gravius id ferentes principes in cisternam ante atrium carcere positam denicerunt. Areatior quidem erat locus, quod ad aquas attinet, sed luto et graveolentia minimè (1) tolerandus.

• VINCULA DETENTORUM IN CARCERE. — Varia obtinuisse genera vincularum, compedium et catenarum pro captiis satis, exterisque in carcere detentis, res est exploratissima; scèpē jugo quadam collo imposito premebantur, constabat autem jugum geminis asseribus longis latisque, quibus per disposita foramina columnum insertum constringebatur; numellam id genus machina appellabant Romani (2). Iesus est à Domino Jeremias vincula sibi et juga (Jerem. 27, 21, Mosothumsotho) inducere, sicut et alia id generis mittere per legatos, ab ipsis principibus Jerosolymam missos, ad reges Edom, Moab, Ammon, Tyri et Sidonem. Voluit autem Deus eorum futuram captivitatem sub rege Nabuchodonosoro facto ipso designare. Cum verò Ananas pseudopropheta jugum illud ligneum collo Jeremias circumponit confringisset, statim propheta Dei verbis prænuntiavit, pro jugo ligneo ferrum se impositum cervicibus omnium gentium, quas Deus ipse Nabuchodonosori esset (3) subiecturus.

Ad hæc fortè vincula seu juga, cervicibus noxiorum imposita, spectasse creditur propheta (4): Dominus dedit te ut sis das super omnem virum arreptum, et prophetant, ut mittas cum in nerum, et in carcere. Vox in textu originali aliquid habet similitudinis cum ea quæ Archiphelippi suspendit sibi vitam præcedens factum exprimit (2 Reg. 17, 25: Vajtechenn). Sunt qui designari credant alium supplici genū, Orientalibus quondam familiare, quo scilicet noxiis scaphis quibusdam, vel arculis simul junctis ita totus constringebatur, ut simul per dispositos forulos caput, manus pedesque prodirent (Plutarch. in Artaxerxe; Zonar. tom. I Annal., Gallon. de Crucifix. Martyr. c. 1). Ita verò miser arctatus, mellis et lactis

(1) Jerem. 58, 6. Vide etiam Zach. 9, 11.

(2) Num. 1: Numela est machine lignea et genus ad noxiis discruciantibus olim parari solitum, quo et column et pedes ipsorum immitebant antiqui.

(3) Jerem. 29, 10. Vide etiam Levit. 26, 15; Ezech. 34, 27, Ps. 2, 3, ubi sermo est de jugis et vineulis captiavorum.

(4) Jerem. 29, 26.

copiam sorbere cogebatur, tum et ejus facies ad solem conversa melle liniebatur, quo scilicet et muscularum examina in sui injuriam alienis impeditus manibus immotus tardum sustinere cogeretur, et lacte ac melle pastus venter lasaretur, excrementisque corrupta caro vermibus ebulliret, quibus ab illâ usque penetrantibus universum tandem corpus depasceretur. Verum nullus dubito, Jeremiam sive prophetam illum, cuius ipse verba refert, vincula potius quedam, quibus noxi in carcere premerentur, designasse.

Præter juga collum eorum, qui detinabantur in carcere, torquentia, familiares erant etiam discruciantis pedibus compedes (Job 15, 27, et 25, 11; Proverb. 7, 22); Sad (et) heches. Compedes autem machinas fuisse credo sepè in historiis martyrum recurrentes (Euseb. lib. 6, cap. 52 Histor., et lib. 8, cap. 11, 12, 14; Niceph. 1, 7, cap. 9), quibus divaricata crura, in foribus datâ majori, vel minori proportione distantiis inserta, distinchauntur (Prodent. Hygn. 4):

*Lignoque plantas inserit
Divaricatis cruribus.*

Utitur sapè Scriptura hæc phrasim dimittere in nerum (2 Paralipomen. 17, 10; Isa. 20, 2, et 29, 27), pro in carcere detinendre, sive compeditibus strigere; et apud prophetam sermo est de manicis ferreis, quibus constringendos reges et principes gentium Dominus edicit (1). Hinc etiam spectare poterunt annuli illi, sive circuli pedes Manassis regis Juda stringentes, etiam Babylonem captiuos transferunt (2 Paralipomen. 53, 41, Bachochim.)

Tandem mentio occurrit manubriari, sive vincularum, quibus manus strigebantur. Hisce manubius, sive catenis manus alligantibus Jeremias oppressus relevatus est aene Naburardano (Jerem. 40, 1, 4, Nazikim). Deus daturum se pollicetur in potestatem Cyri Ægyptios et Æthiopes, qui, devinctis catenâ manibus, ejus regis triumphum sequentur. Ex are plerumque confitatos annulos illos et catenas, quibus colla manus vineorum constringebantur, docet solemnis illa Scriptura phrasis, onerari are (Nickerchith). Vide 2 Reg. 5, 54; Judic. 6, 21, et 4 Reg. 23, 7; et 2 Paralip. 35, et 26, 6, 11, et 52, 1, etc.). que tantumdem valet ac apud nostros, tum et apud Latinos

(1) Psal. 149, 8: Ad alligandos reges eorum in compeditibus, et nobiles eorum in manicis ferreis

illud ferro onerari, manibus nempe pedibusque catenis vineiri.

SUPPLICIUM TYPANI. — Inter supplicia veteris Testamenti martyribus excrucians inventa, auctor Epistola ad Hebreos typum recenset (Heb. 41, 35). Quid autem eo nomine significatur, variant interpres. Auctor Vulgate grecum illud *τυμπανισθεαν* reddit distinctum, unde conjecturam derivavunt viri quidam non imperiti de equo locum interpretandi (D. Th., Cajet., Hammond, in Ep. ad Hebr. Hier. Mag. lib. de Equul. cap. 10, etc.). Porro equus supplicii genus est tam apud Latinos olim notum, quam hodie cruditis cognitum. Graeci, quibus in explicatione, vocum starum plus aliquid quam Latinis defendunt videtur, alio plane sensu vocem interpretati sunt. Alii enim capite plexos reddunt, ali deglobitos, ali fuisse casos, ali tandem de quoque necis generi dictum interpretantur (Camerar. Gatal. Grot. Gataker. etc.). Nec sane negari potest, eo quandoque sensu vocem grecam usurpari; sed Apostolum singula supplicia spectatos ab Apostolo autantum. Persuasum enim ex contextu sermonis habemus non nisi ad SS. veteris Testamenti Apostolum allusisse.

S. Joannes Chrysostomus (in eum locum), et post illum Theophylactus, OEcumenius, recontioresque nomilli spectum malum ab Apostolo S. Joannis Baptista, et Jacobum Apostolum, quos ambo capite plexos scimus. Addi potest Eusebii auctoritas reditum, ut quidem credimus, verbum illud *τυμπανισθεαν* capite plectere, quemadmodum in eius Historia martyrum Lugdunensis legere est (Hist. Eccles. I. 5, cap. 1). In mandatis dederat imperator, eos quidem qui fidei nuntium remitterint, libertatem obtinere; quemadmodum et jussionibus Cesareis periculosa *τυμπανισθεα*. Quare iudex si quis cives romanos fidei Christi inherentes reprehenderet, illos dannatio capitali supplicio, castoris vero bestias tradebat. Sed ibi potius vocem illam usurpasse Eusebium credimus ultimo supplicio utcumque, non certo aliqui supplici generi designando: eorum enim quos *τυμπανισθεα* imperator precepit, ali quidem capitali supplicio, ali beatis expositi perirebantur.

Manifestus aliquid in eam rem reperire nobis videmus apud Casaubonum in notis ad Atheneum, (Athen. lib. 5 Diphysiophil. et Ephorion Chalcidien.) Ephorion Chalcidensis narrat, conusuisse interduum Romanos quinque minarum premium destinare, qui *τυμπανισθεα*

se toleraturos offerrent; eà scilicet conditione, ut illis eo supplicio sublati, heredites cederet merces. Accidit non raro, inquit idem auctor, ut inter se plures eā de re contendenter, quisque pro se certantes, ut capitulum sui dispendio premium reportarent. Erat igitur typum sibi supplicium ipsissimum, quod apud nos capitale dicitur, quemadmodum Eustathius post laudatum eundem Athenecum locum animadverit (vide et Favorini Lexic. et nota Gothofredi Jungermanni in Libel. Magii de Equul.). An tamen illud *τυμπανισθεα* explicari potius debuerit de ultimo supplicio utcumque, qua deinde generalis vox ex subsequentibus verbis ad capitale supplicium determinetur agnos letitoribus dijudicandum relinquimus.

